



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXXVI. Quanta diligentia & parsimonia res Ecclesiæ seruauerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

*Quanta diligentia & parsimonia res Ec-
clesiæ seruauerit.*

CAPVT XXXVI.

Tempore quodam in domo Episcopali domestica habens rei nomen fortè nuper emprum vestiebat. **U**idens & probans si aprè sederet corpori. **E**t ecce **B**ruffo quondam Argentinensis Episcopus, e-
loquio & moribus apprimè festiuus adueniens; Benè est, in-
quit, bene est: senior noster bonum habet pellicium. **E**rat au-
tem ad oras capitij & manicarum modicè vulpinis abumbrat-
um: nam cætera pars cute leporina constabat. **E**t Episcopus;
sic est, inquit, sed miserum me, cardè mihi venit; bis binis vncijs constat.
Videsne, qui tam benignus in alios extitit, quàm parcus in se-
metipsum fuit? * **N**on in veste, non in cibis rebus Episcopij
vnquam indulgentius vti voluit: nec voluptati, sed necessita-
ti suæ tantum prouidebat. * **Q**uin etiam aiunt, illum, humi-
litis causa, ocreas vel subtalares dissutos, plerunque ad sar-
torem misisse. **M**urmurantibus autem de hoc aliquibus: **S**i-
nite, inquit, fratres, sinite; res Episcopij eleemosynæ sunt fide-
lium, vanis vsibus eas profligare non debemus.

*Etiam hac ex
Timone se de-
sumpsisse, An-
dreas testatur.
Sed non com-
parent in edi-
tione Canis.
Et videtur ini-
tium huius nar-
rationis corre-
ptum, nec nisi
ope manuscri-
pti Codicis sa-
nabile.*

** Hac sunt ex
Timone, Side-
sitam edit. à
Canis, cap. 18.*

De ipsius parsimonia & frugalitate.

CAPVT XXXVII.

Hæc in vestitu ei frugalitas fuit; at in victu quo-
modo se restrinxerit, vix vlli credibile videbitur.
Nam dixisse hunc pro certo accepimus: **N**unquam
se ad satietatem panem in Episcopatu comedisse: **S**emper
enim sobrius ac penè ieiunus de Cæna vel prandio surrexit:
apposita omnia infirmis pauperibus ac mendicis impertiens.
Quodam ieiunij tempore multa piscium penuria fuit. **S**ed
quidam Procurator eius lucium paræ quantitatis, emptum
duo-

Timon.

*Lib. 1. cap. 18.
Sira ed. à Cat.
Frugalitas 8.
Othonis in Vi-
tu.*